

S. D. Etsi recordatio doloris, quem ex patria malis capio, consternationem,
summique luctus acerbiter adeo mihi adauget, ut eum ab omni
humanitate alienum iudicem, qui reipub: vestrae Senatores Inelyti,
hisce turbulenti temporibus, impellatione aliqua saltem molestus
sit: Idem tamen quod alijs vitio dari arbitror, in p'senti
eegestate, vix declinare potero, nisi beneuolentia vestra
fretus, & amore erga exulantia ecclesiae membra, breuiter
& verecunde, quid petendum venerim exponam. Solonem
ferunt, grauius, & erudite deprimisse, quomodo turbata
comuni reipub: tranquillitate, priuatorum salus quoque in
discrimen veniat, cum ita inquit: Intrant in thalamos
publica damna, eius. Cum enim religio, & leges a
Tyrannis, quibus nec pietas, nec legum reuerentia curae
est, opprimuntur, & reliqui politicae societatis nervi,
magnam istius mali partem singulorum in doli
ac casae sentiunt. Idem de alijs quoque poenis, quibus
DEVS humanum genus coercet, verum esse experientia
certitudinis norma nos conuincit. O uiamob causam,
postquam auspicijs, & ductu Clariss: viri pie memoriae
D. Doctoris Casparis Cruciaci Academiae Vitebergensi
hactenus seruiui, hoc tristissimo tempore cum coniuge
exulantis scholae comes fui, ubi in tanta redituum, &
stipendij tenuitate, quicquid saepe meum defraudans
genium Vitebergae non sine labore comparsi, Arctia
dum scholam sequar, consumpsi, ita ut nihil praeter

C 107 f.

9.1.1